

Respondeo aliud esse loqui de oppositione actus furti ad preceptum negativum, aliud vero de oppositione furti ad carentiam furti nude consideratam, hac utique oritur immediate ex ipsa positiva entitate furti, & convenit ei ex natura rei, five ex ter lex precipiens carentiam furti, five non, atque ideo non spectat ad genus moris; at oppositio furti ad preceptum negativum, seu ad carentiam furti, quatenus preceptum, spectat quidem ad genus moris; sed negatur, quod oritur in actu antecedente ad privationem conformitatis ad legem, quia practica tali privatione remanet nuda entitas positiva actus furti, quae opponitur carentiae furti pariter nude sumptae, non autem quatenus per legem negativam precepta; unde ad instantiam in forma neganda est minor.

Argumenta Pontis.

24 Tertio arguit Pontius, actus malus habet esse tale formaliter ab eo, a quo habet tendere liberè in obiectum, quod proponitur, ut prohibitur; sed talem tendentiam liberam in obiectum, ut sic propositum, habet antecedenter ad quacunquē negationem, vel privationem, & hoc totum est positivum ergo secundum entitatem positivam, ut sic tendentem in obiectum, est formaliter malus; probatur minor, omnis actus specificatur a suo obiecto formali; ergo talis actus cum ea tendentia libera, & positiva in obiectum prout prohibitur aliquam speciem accipit ab eo in genere moris; sed non aliam quam malitiae, quia voluntas rei prohibita non potest esse bona nec indifferens; ergo &c.

Respondeo actum malum positivum esse malum, prout respicit obiectum a lege prohibendum, & specificari a tali obiecto sed media privatione, quia non est intelligibile, quod actus terminetur ad obiectum rationi diffonum, quin sit privatus conformitate ad legem, vel rationem, ut dictum est ad argumentum praecedens; hoc autem sic evidenter ostendo, quia furtum non habet suam malitiam obiectivam in genere moris formaliter, nisi quia subest prohibitioni, qua ratione dicitur privatum conformitate ad legem, seu obiectum legi difforme, & contrarium; ergo similiter actus seu voluntas furti ad hoc, ut sit formaliter mala in genere moris, debet esse talis per solam privationem, ita ut quemadmodum obiectum volitum secundum suum esse positivum est tantum malum fundamentaliter non formaliter, ita similiter actus secundum suum esse positivum erit radicaliter, non formaliter malus.

25 Dices, tendentia positiva in obiectum prout rationi diffonum in actu prior est, quam privatio conformitatis ad legem; siquidem talis tendentia est causa privationis sequentis, omnis verò causa in aliquo natura signo est prior suo effectu; igitur positiva tendentia actus in obiectum prohibendum prius intelligitur specificata in genere moris, quam intelligatur privatio, & non nisi in specie malitiae. Negatur assumptum, quia sicut obiectum rationi diffonum non habet suam malitiam obiectivam in genere moris formaliter, nisi quatenus prohibendum, & consequenter, ut includens privationem conformitatis ad legem; ita pariformiter discurrendum de malitia formali actus; ad probationem dico tendentiam actus in obiectum prohibendum, & sub tali ratione propositum, non esse causam privationis sequentis, sed potius eo ipso privationem includere, quo actus libere tendit in obiectum prohibendum, nam eo ipso intelligitur tendere cum privatione conformitatis ad legem, & antecedenter ad talem prohibitionem talis tendentia libera est solum in genere naturae, vel si est in genere moris, non erit in specie malitiae, sed solius indifferens, vel si in specie malitiae, non nisi materialiter, & fundamentaliter. Dices rursus, actum considerato secundum suum esse positivum antecedenter ad privationem convenit definitio moralitatis; ergo in illo priori talis actus v.g. voluntas furti est formaliter in genere moris; & cum non sit in specie bonitatis, vel indifferentiae, erit utique in specie malitiae formaliter; probatur assumptum, quia moralitas in actu, vel est libertas, vel directio a ratione, & lege, voluntas autem furti secundum suum esse positivum, prout antecedit privationem est liber, & dirigitur a lege, ergo formaliter est moralis.

Respondeo assumptum esse verum fundamentaliter tantum non formaliter; actui namque considerato secundum positivam entitatem praecise antecedenter ad privationem conformitatis ad legem convenit definitio moralitatis fundamentaliter tantum, non formaliter, ad eum modum, quo duobus albis prout antecedunt omnem relationem superadditam, convenit definitio similitudinis fundamentaliter tantum, & materialiter; ad probationem assumpti jam supra dictum est q. 1. disp. praeced. moralitatem duo dicere, unum in recto, & est directio a lege, & aliud in obliquo, quod est libertas, actus autem malus, ut voluntas furandi, secundum suam positivam est quidem liber formaliter, priusquam subit privationi, seu mali-

Respondeo negando minorem, si sermo fiat de bono, & malo morali pro formali, si enim privative tantum opponitur, non contrarie; ad probationem ex Aristotele, dicendum vel accipisse oppositionem contrariam, prout etiam extenditur ad privat

tiae, non tamen formaliter est directus a lege; etenim actus a lege formaliter dirigitur vel accedendo ad illam, vel recedendo, qui recessus, & defectus a lege est ipsa privatio conformitatis, in qua constituit malitia formaliter.

Quarto arguitur actui malo v.g. odio Dei secundum esse positivum, & in quantum est formalis avertio a Deo, non quatenus, sed positiva, conveniunt omnia praedicata, quae competunt malitiae formaliter; ergo actus malus secundum suum esse positivum erit talis; probatur assumptum, quia malum formaliter est aliquod punibile, imputabile, vituperabile, odibile, & demeritorium; sed haec omnia praedicata conveniunt actui odij Dei secundum suam entitatem positivam praecise considerato, etiam si nulla privatio sequeretur ad illud; ergo &c. Respondeo negando assumptum ad probationem concessa majori dico ad minorem, illa praedicata convenire actui odij Dei secundum entitatem suam fundamentaliter, & radicaliter, non verò formaliter. Dices, talia praedicata etiam formaliter accepta sequuntur ad libertatem, sed actus malus secundum suam entitatem positivam est formaliter liber; ergo secundum tale esse talia praedicata est formaliter conveniunt. Respondeo majorem esse veram tantum mediata, quatenus libertas est fundamentum totius generis moris, non verò immediate; si enim solum illa praedicata sequitur moralitatem formalem, cuius sunt proprietates, & affectiones, quae communis est ad directionem positivam bonitatis per modum accessus, & ad privationem malitiae per modum recessus, presupponendo eandem libertatem in actu. Dices rursus, privatio sequens entitatem malam positivam non est imputabilis, nisi per rationem positivam malam; ergo ratio positiva est malitia formalis. Respondeo, privationem sequentem esse imputabilem per entitatem positivam actus, tanquam per causam, five tanquam per fundamentum malitiae, non autem tanquam per rationem formalem malitiae; imò in hoc sensu entitas ipsa actus dicitur imputabilis per ipsam privationem, sicut ab ea praecise denominatur formaliter malus. Dices iterum; actus est imputabilis formaliter, qua ratione est voluntarius; sed secundum esse positivum, magis voluntarius est, quam secundum esse privatum, secundum enim illud esse magis est directè volibile, quam secundum aliud, ergo &c. Respondeo ad malum non requiri voluntarium explicium, & directum, sed sufficere implicium, indirectum, & interpretativum ex dictis disp. praeced. in hoc enim distinguitur a bonitate, quae debet esse explicitè, & directè cognita, & volita; unde licet imputabilitas fundetur in ratione voluntarij, non tamen eodem modo requiritur voluntarium ad bonum, & malum; pro quo argumento vide alias instantias solutas disp. cit. Metaph. imm. 325. & 328.

Argumenta Serra.

Quindò arguit Serra; si peccatum, & malitia moralis quid positivum non importaret, sed puram privationem, bonum, & malum morale privative, & non contrarie opponeretur; sed hoc est falsum, ergo &c. Minor probatur, ex Aristotele, post praedic. cap. de oppositis, afferente bonum, & malum non privative, sed contrarie opponi. Tunc quia si tantum privative opponeretur, tunc inter bonum, & malum non daretur medium, quod est falsum; probatur consequentia, quia inter privative opposita medium esse nequit, licet enim inter caecum, & videns esse medium videatur, scilicet, non videns, qualis est lapis revera tamen medium non est, sed negatio potentiae visivae in subiecto illius non capax; nam si subiectum illius capax est, aut illam habet, aut ejus privationem, nempe caecitatem, inter quas nequit esse medium, cum privatio sit carentia formae in subiecto apto; falsitas verò consequens probatur, tum ex Aristotele, ubi inter bonum, & malum alii dari medium, quod neque bonum est, neque malum, nec iustum, nec iniustum; tum quia inter bonum, & malum morale est indifferens, omnes enim fiuntur dari actum indifferenter aut in individuo, aut saltem secundum suam speciem, & ex obiecto. Nec valet communis solutio, inquit, oppositio contrariam, quae est inter bonum, & malum, attendendam esse ex parte ejus, quod est in illis materiale actuum, scilicet, non praecise secundum esse naturae, sed quatenus annexam habet bonitatem, vel malitiam; Nam contra hoc est, quod cum rota oppositio actuum sumatur ex malitia; & bonitate, si haec non contrarie, sed privative opponantur, non possunt actus, ut illis substant, contrariam oppositionem habere; sicut nec dici potest caecitatem, & visum privative opponi, & hominem caecum, & visum praedictum contrarie.

Respondeo negando minorem, si sermo fiat de bono, & malo morali pro formali, si enim privative tantum opponitur, non contrarie; ad probationem ex Aristotele, dicendum vel accipisse oppositionem contrariam, prout etiam extenditur ad privat

privativam; quo sensu dixit quoque i. Phil. principia rerum naturalium formam, & privationem contrarie opponi; cum tamen competentur sit solum privative opponi; vel solum esse locutum de actibus, non autem de bonitate, & malitia fundatis in eis; actus enim in particulari servatur inter se positivam, & contrariam oppositionem secundum eorum entitates, vel quia habent obiecta contraria, seu contradictonia, & privative opposita; vel quia comparantur ad idem obiectum per modum accessus, & recessus, amoris, & odij, nam furtum v.g. est voluntas rei alienae accipienda, & retinenda; refectio verò est voluntas non retinendi rem alienam; Ex quo patet solutionem communem inter arguendum datam esse sufficientem, si rectè intelligatur; non enim dicimus totam oppositionem actuum sumi ex bonitate, & malitia, quas fundant, sic enim bene concluderet illa replica; sed dicimus nisi debere ex ipsis quoque eorum entitatibus in esse naturae considerari, quatenus nimirum tendunt vel in obiecta contraria, & opposita; vel in idem obiectum contrarie modo juxta dexam explanationem. Ad aliam probationem negatur consequentia cum ejus probatione, imò Aristotele, loc. cit. conceptis verbis docet inter privative opposita dari medium, cum ait, in privatione autem, & habitu neutrum eorum, quae dicta sunt, verum est, non enim semper alterum eorum inesse susceptibili necessarium est, quod enim non daturum est habere visum, neque caecum, neque habens visum dicitur, quare non erunt haec, ut ea contraria, quorum nihil est medium; Haec Aristotele, ibi. Dices, Scotum quoque quod 18. l. docere malitiam contrarie opponi bonitati, & non privative tantum. Respondeo etiam, quod solum locutum de malitia materialiter sumpta, & pro subtrato, non autem formaliter, ut explicuit supra. cit. Metaph. num. 308. & 309. ubi ad hoc idem argumentum respondi de oppositione boni, & mali.

29 In falsis rursus ex Aristotele, cap. ad aliquid, actum virtutis eodem modo contrarie actui viti, quo contrarie actus scientiae actui erroris; sed falsitas in actu intellectus consistit in aliquo positivo, id est, in ipsa entitate actus, prout habet obiectum alteri correspondens in re, quam per ipsam representetur; ergo idem dicendum de malitia in actu voluntatis. Respondent aliquid negando minorem, quia etiam falsitas formaliter inspecta in privatione consistit, quaequid sit de hoc, conceditur paritas de ipsis actibus, quo sensu locutus est Aristotele, l. c. non autem de bonitate, & malitia fundata in eis; praeterea quod neque etiam currit paritas de falsitate, & malitia formaliter sumptis ut dictum est disp. cit. num. 326. Dices tandem, habitus est malus secundum esse positivum; ergo etiam actus, & consequentia probatur, quia actus conformatur cum habitu, juxta cuius inclinationem producit; probatur assumptum, habitus malus causat actum malum, & inclinat ad malum; ergo si est malus, secundum esse positivum est talis. Respondeo pariter negando assumptum de habitu malo formaliter sumpto, solum enim verum est de habitu malo materialiter, & radicaliter sumpto; ad probationem dico habitum malum causare actum malum specificativè sumptum, qui nimirum malus est, non autem reduplicativè quatenus malum, ratio namque effectui est positiva; malitia verò de privato habitualis, quae est in habitu malo, est ratio concomitans vim effectivam.

30 Sextò tandem; quia saltem in actibus intrinsecè malis, qui ideo dicuntur prohibiti, quia mali, non videntur posse negari, quod malitia consistat in positiva eorum entitate; quandoquidem in his malitia consistere nequeat in sola carentia extrinsecè conformitatis ad legem, vel dictamem rationis; alioquin non essent sua natura mali, nec dicerentur prohibiti, quia mali, sed potius est contra essent formaliter mali; quia prohibiti; cum ergo hujusmodi actus dicantur vitii, quia mali, utique erunt mali formaliter secundum positivam eorum entitatem antecedenter ad quancunque privationem conformitatis ad legem.

Respondeo, ut dixi disp. praeced. qu. 4. art. 1. num. 166. quod licet denitur quidam actus, qui essentialem, & natura sua dicuntur boni; vel conformes, vel difformes naturae rationali; quatenus quantum ad hoc ab ulla lege positiva non dependunt, quia ratione dicuntur prohibiti, quia mali; adhuc tamen quantum ad hoc subduntur legi aeternae approbanti quosdam, & alios prohibenti, unde sicut deficientia causa prima, omnia necessaria deficient; ita deficientia lege aeterna bonitas, & malitia talium actuum deficient, nam boni, vel mali sunt, quia lex aeterna tales esse dicit, & jubet, & non è converso, ut ibi explicatum est; quare absolute loquendo omne peccatum est malum, quia aliqua lege prohibetur, saltem lege naturae, quae prout est in mente divina dicitur lex aeterna, prout verò nobis inlata est per lumen naturale dicitur lex naturalis; unde quando actus hujusmodi dicuntur prohibiti, quia mali, & non è contrarie; sermo est de lege positiva, non verò naturali, vel aeterna; nam etiam in his malitia formalis importat carentiam conformitatis ad legem aeternam, vel naturalem; Adversarii verò decepti sunt existimantes legem aeternam Dei esse iudicium, vel cognitionem

nem ejus supponentem jam malitiam, aut bonitatem formalem, & completam in talibus actibus, quod falsum esse ostendimus loc. c. supponit enim eam tantum inchoatè, & incompletè modo ibi explicato; & quamvis verum sit praedicatum divini dictaminis expressionem non esse liberam, sed necessarium; unde sicut implicat hominem non esse rationalem, ita & odium Dei non esse malum; adhuc tamen verum est dicere non esse malum formaliter, nisi quia prohibetur lege aeterna. Ex haecenas autem dictis soluta manent quaeconque affert Averra qu. 18. sect. 29. pro malitia positiva; & alia quaedam argumenta levioris momenti possunt expediri.

QUESTIO SECUNDA.

In cuius boni privatione peccatum consistat.

Constituto, quod malitia formalis peccati in privatione consistat, adhuc remanet difficultas, cuius boni sit haec privatio; in quo dubio Scotus 2. dist. 37. §. 1. quaestiones varias refert dicendi modos; Aliqui namque dixerunt esse privationem, seu corruptionem boni; in quo est, scilicet, natura rationalis. Hoc tamen reiecit ibi Doctor, quia peccatum habet pro subiecto bonum naturale, scilicet, hominis voluntatem; ergo non est essentialiter ejus privatio, quia nulla privatio habet pro subiecto rem, quae privat; sicut tenebrae non habent pro subiecto lucem. Tum quia si per peccatum aliquod bonum naturae deperderetur, cum hoc sit inanimatum, utique per continuationem peccatorum totum esse naturae tandem absumeretur; Tum tandem quia certum est creaturam rationalem peccando totam suam adhuc retinere naturam; unde dicitur Theologus, quod post peccatum manent omnia naturalia integra, & peccatum corrumpere tantum gratuita, non verò naturalia. Alii dixerunt esse privationem habituum acquisitorum; Quod etiam reiecit ibidem, quia iustitia, & virtus acquisita stare potest cum peccato mortali; nam qui habet habitum iustitiae acquisitè valde intentum, non amittit illum per fornicationem, imò nec per unum actum iniustitiae; Tum quia contingere potest, quod peccans nullam habeat virtutem acquisitam; Tum tandem, quia peccatum veniale nulla proflus virtute privat, nec acquisita, nec infusa. Alii dixerunt esse privationem gratiae, seu notitiae spiritualis. Quod pariter Doctor loc. cit. reiecit, nam sequeretur omnia peccata esse ejusdem speciei, quae essent privationes ejusdem boni supernaturalis. Tum quia sequeretur reliqua peccata post primum non esse peccata, primum namque totam gratiam abstrahit; Tum quia peccatum in statu pure naturae esset ejusdem rationis cum peccato non commisso, & tamen tunc non esset gratiae privatio. Tum tandem, quia peccatum veniale est verum peccatum, & tamen fiat cum gratia.

Respondeo itaque peccatum esse privationem debite rectitudinis, seu conformitatis ad legem, quam voluntas procurare tendit in suo actu; ita Scotus 2. dist. 37. B. & clarus §. concedo agitur, ubi advertit peccatum non esse privationem rectitudinis, quae inest, alioquin duo opposita essent simul; nec ejus, quod inest, quia actus non manet saltem semper, ut alterari possit de opposito in oppositum; sed quae debet inesse, quo modo caecitas est privatio visus, non qui inest, nec necessario, qui inest; sed qui inesse debuit; Qui modus dicendi communis est apud illos, qui in quaestione praecedenti peccatum ponunt in privatione consistere; ubi per rectitudinem, & iustitiam intelligit Doctor conformitatem ad legem, & praecipuum Dei, ut est videre ad ipsum loc. cit. & in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. A. & dist. 16. qu. 1. infra A. ubi eam appellat iustitiam legalem, & quol. 18. V. Remanet autem haec assertio probata auctoritatibus, & rationibus quae praeced. allatis, quae dum convolvunt peccatum consistere in privatione boni, non de alio bono loquuntur, quam de eo, quod inesse debuit operi, vel operanti, cuius privatio est carentia rectitudinis debite actui, ut ibi loquitur Doctor, pro quo etiam adducit alia duo loca Augustini; primus est lib. de duobus animabus, ubi ait peccatum esse voluntatem consequendi, quod iustitia vetat, ubi voluntas, seu actus est materiale, & ratio debiti formale; alter est 12. de Civit. 8. ubi ait, deficit voluntas non mala, sed mala, quia contra ordinem naturalem ab eo, quod iustum est ad id, quod minus est; ubi ponit formale peccati in deficientia voluntatis ab ordine, quem tenetur observare. Denum paritè quae sequuntur omne malum morale ideo esse tale, quia contra legem; ergo si malum est privatio, non potest esse, nisi conformitatis ad legem; Ut verò constet, quomodo res sit explicanda, & haec communis sententia defendenda juxta Doctoris nostri principia, plures graves difficultates circa eam contingentes sunt hic expendendae.

ARTICVLVS PRIMVS.

Prima Difficultas de immediato malis subiecto.

33 **P**rima Difficultas est; quia ad rationem malitiae, ut omnes concedunt, non est satis pura negatio bonitatis, alioquin sequeretur nullam dari actum indifferentem nec in specie, nec in individuo; imò omnis actus vitii, ac etiam actus unius virtutis haberet malitiam omnium vitiorum, quia non haberet bonitatem illis oppositam; requiritur ergo, ut haec negatio sit privatio, hoc est, sit carentia formae in subiecto apto, & capaci; At hoc pacto licet illi actus qui sunt tantum ex circumstantia mali, & non ex objecto, possent habere oppositam bonitatem, quatenus poterant fieri absque mala circumstantia; tamen alii actus, qui ex genere, & objecto sunt mali v. g. odium Dei, & blasphemia, ex natura sua non sunt capaces oppositae bonitatis; ergo eorum malitia non potest in privatione consisti. Haec Difficultas in primis, quam Aduersarii adeo exaggerant, ab eis quoque solvenda est; quia & si privatio secundum ipsos non fit ratio constitutiva peccati; quia tamen includitur in illo, vel ut constituitur cum positivo adaequate malitiam; vel saltem, ut modus intrinsecus, aut proprietates consequens ad ipsius constitutionem iuxta varios eorum dicendi modos; etiam eis incumbit explicare quomam, & qualis haec privatio sit, unde de facto circa hoc punctum laborant Avera *sect. 30. Amicus sect. 4.* & alii passim; Tum quia haec difficultas non tantum urget in praesenti materia, verum in qualibet privatione; nam oculus caecus dicitur *visio sine visus*, & tamen prout includit lesionem organi, habet repugnantiam cum visione, & materia sub una forma dicitur privata alia, & tamen sub ea existens habet repugnantiam cum alia; & in artificialibus quoque pictura dicitur mala, & privata conformitate cum suo exemplari, etiam prout includit talia delineamenta, impossibile sit, quod cum suo exemplari habeat conformitatem, & sic de aliis. Hanc difficultatem variis responsionibus rejectis jam dissolvi *disput. 5. Metaph. quest. 13. n. 320.* hic tamen adhuc nonnulla sunt addenda in gratiam Recentiorum.

34 **P**rimò itaque respondeat aliqui, non actum ipsum, ut argumentum supponere videntur, sed voluntatem ipsam esse semper proximum, & immediatum subiectum privationis rectitudinis, in qua malitia consistit; unde consequenter dicunt malitiam actus non esse carentiam rectitudinis debitae, aut possibilis actui, ut rectè argumentum probat; sed voluntati, cui possibile, & debitum est se conformare legi superioris; qui dicendi modus insinuari videtur a *Scoto 2. dist. 37. infra B. cum ait*, quod voluntas debetur est, ut suum actum eliciat conformiter regulae superioris, scilicet, secundum divinum praeceptum, & idè quòd ante agit discordat ab ea, caret iustitia actuali debita. Alii vero nec universaliter ponunt voluntatem subiectum immediatum huius privationis nec universaliter actum; sed modo hunc, modo illum pro diversitate peccatorum; quando voluntas peccat eliciendo actum intrinsecè malum, & ex objecto, tunc voluntatem ponunt immediatum privationis subiectum; quando vero elicit actum malum ex circumstantia tantum tunc ponunt actum immediatum, & proximum subiectum. Verèque dicendi modus reiectus est *loc. cit.* peculiaribus rationibus; quibus ibi videri possunt; & quantum ad id, in quo conveniunt, communi illa ratione, quia talis privatio non potest esse immediatè in ipsa voluntate, sicut nec ipsa rectitudo, sed tantum mediante actu; cum enim substantia voluntatis secundum se sit indifferens, ut sit bona, & mala, sed ut transgrediat, vel non transgrediat legem; planè in terminis repugnat illam secundum se esse adimpletionem actualem legis. Id enim debet habere per aliquoquin superadditum vel positivum, vel negativum, quia illud est separabile à voluntate. Conf. quia voluntas non conformatur cum lege, nisi eliciendo actum illi conformem, nec ab ea discordat, nisi eliciendo actum contrarium, vel non exercendo actum praeceptum; ergo non est subiectum immediatum conformitatis, & difformitatis ad legem, sed mediatum, quia mediante actu praecepto, vel ejus omissione conformatur legi, vel ab ea discordat; Quomodo autem debeat Doctor intelligi *loc. cit.* & in quo sentio loquantur, cum inquit, voluntatem esse debitricem rectitudinis, explicamus *disput. cit. n. 323.* & rursus dicemus infra.

35 **S**ecundò respondet aliis in actibus intrinsecè malis carentiam rectitudinis re vera non esse privationem, quia nulla est illis rectitudo debita, vel possibilis; sed esse puram negationem conformitatis ad rectum rationem; atque ita dicunt huiusmodi peccata, quae ex objecto sunt mala, non esse mala per carentiam, & privationem, sed per negationem rectitudinis sequentem ad actum, quae tenent voluntas omittente, & per talem negationem actus illos constituit intrinsecè, & formaliter malos. Ceterum ipsa ratio dubitandi proposita hanc evanescionem sufficienter

ter pracludit, dum ostendit malitiam esse non posse puram negationem alicujus bonitatis, vel perfectionis; sed tale perfectionem negatam debere esse subiecto debitam naturaliter, vel moraliter; Sicut *loc. cit. 5.* etiam faceret malitiam, quae est carentia rectitudinis, debere esse in ipso actu, quia cum malitia opponatur honestati, sicut honestas est in ipso actu immediatè, non autem in potentia, sic pariter malitia addit tamen in actu eam carentiam non esse per modum privationis, quia ipsi actui non potest deberi bonitas, ergo est per modum negationis; quia verò voluntas tenebatur habere eam formam, quae caret actus, & hic impedit voluntatem, ne eam habeat, idè ea negatio dicitur mala, & hoc autem est satis ad constituendam malitiam actus, sicut in naturalibus, ut calor sit malum aquae, non oportet in eo intelligere aliquam carentiam, quae privet ipsum aliquam perfectionem calori debitam, ut sic; sed satis est intelligere negationem perfectionis debitae aquae; & ratio est, quia eo modo sequitur privatio ad rationem mali, quod ipsum malum est; ergo si res non est absolute mala in se, non est cur careat perfectione ei debita; ita verò est in praesenti, nam voluntati humanae operanti humano modo circa talem materiam debita est talis perfectio operationis suae, & idè illa carentia in suo actu, privata merito dicitur tali perfectione in sua operatione.

Hanc solutionem praetendit *Arriaga disput. 20. n. 33.* ex veritate evidenti, ut inquit ipse, argumentis; nam Suarez in summa hoc dicit, actus est malus, quia voluntatem privat actu bono; hoc statim reiectur, nam quando quis elicit v. g. odium Dei, non semper tenebatur elicere actum amoris, & universaliter, quando prorumpit in actum malum, non tenebatur elicere actum bonum; ergo non potest esse eo capite esse actus malus. Ceterum hoc argumentum adeò validum ab *Arriaga* existimatum apud me omnino frivolum est, quia in violatione praeccepti negativii rectitudo debita, in qua formaliter fit actus bonitas, non est actus oppositus, scilicet amor, veritas, elemosina, neque carentia facti, odii, mendacii, sed conformitas ad praecceptum negativum, quae super has negationes fundatur, ut plenus dicam difficultate sequenti; haec ergo est rectitudo, quam tenebatur habere voluntas, quae caret actus, & impedit voluntatem, ne eam habeat; idè ea negatio est mala, & satis est ad denotandum actum formaliter malum. Et planè, si verum est, quod ibi docet Suarez ex *D. Thoma q. 1. de malo art. 1. ad 1.* quod peccatum non fit malum in se absolute, sed respectu, idè, homini, equidem necesse non videtur, ut careat perfectione sibi immediatè debita absolute, & simpliciter, sed debita homini, vel voluntati; & consequenter minime opus erit, ut carentia illa sit privatio respectu actus secundum se; sed satis est, quod sit negatio, nam actus hic negatur est quoddam malum voluntati disconveniens, quatenus affert illi privationem debitae conformitatis ad legem.

Quod satis aptè suadet Suarez exemplo ex naturalibus deducto de calore; qui ut sit malus aquae, non oportet in eo intelligere aliquam carentiam per modum privationis in ipso alicujus perfectionis sibi debita; sed satis est intelligere negationem perfectionis debitae aquae; etenim ut ipse arguit; modo requiritur privatio ad rationem mali, quod ipsum malum est; ergo si res non est absolute in se mala, sed tantum alteri, non est cur careat perfectione sibi debita, sed tantum alteri, cui dicitur mala, in hoc enim sensu dicitur malum esse malum aquae, & morbum homini; Quare si aliud non obstat, hic modus respondendi potest admitti, nam sufficienter evacuat rationem dubitandi propositam *num. 33.* hinc enim non sequitur nullum dari actum indifferenter; quia licet actus indifferens habeat negationem conformitatis ad legem, & ad rectum rationem, nullam tamen affert voluntati privationem huiusmodi conformitatis, cum talis actus non sit voluntati prohibitus; & eadem ratione non sequitur omnem actum vitii, vel actum unius virtutis habere malitiam omnium vitiorum, quia non affert voluntati privationem bonitatis illis oppositae.

Verumtamen ex alio capite haec doctrina elucidare videntur, in eo, scilicet, quod affert peccatum non esse in se absolute malum, sed tantum respectu, & in ordine ad illud, cui affert privationem boni, etenim Patres citati *qs. praeced.* volunt esse omnibus modis malum, quia est summum malum alia omnia mala excedens, & ita perierit ex instituto doct. Basil. hom. quod Deus non est auctor malorum, & Anselm. *lib. de Concordia praedict. cap. 1.* quod auctor ratio suadet, nam quod praesens est alteri malum, & relatè est in se absolute bonum, ut constat in exemplis adductis de calore in aqua, & humore noxio in oculo, qui in se bonus est, sed dicitur malus praesens, quia oculo noxius, ergo si peccatum est praesens malum relatè ad instar humoris illius, & caloris in aqua, sequitur esse aliud in se bonum. Tum quia ex hac doctrina sequitur actus extrinsecè malos, ut sunt furtum, & homicidium, esse graviora peccata actibus intrinsecè malis, quia majus malum est, ac deestabilis, quod est absolute in se malum, ac etiam relatè, quam illud, quod est malum relatè duntaxat; at juxta hunc dicendi modum

dum actus extrinsecè mali, sed ex circumstantia fundant in se privationem, quatenus fieri poterant absque mala circumstantia, & sunt etiam alteri mala, quia nocent naturae rationali, actus vero intrinsecè mali, & ex objecto tantum mala alteri, cum non fundent in se privationem, sed simplicem negationem; imò ex hoc capite isti potius deberent dici actus extrinsecè mali, illi vero intrinsecè, quia illi sunt in se formaliter mali, & in se fundant veram carentiam bonitatis; è contra verò isti causant in potentia malitiam, sed in seipsis illa minime recipiunt; Dices, actus intrinsecè malos dicite tales, quia ipsi possunt, necessarii in potentia ponitur malitia, non autem quia in se debent habere malitiam; Hoc tamen non satisfacit, nam potest etiam humore noxio in oculo necessariò ponitur in illo cecitas; & tamen humor ille non dicitur caecus, sed tantum oculus; ergo similiter quamvis positò odio Dei, vel quocunque alio actu intrinsecè malo, necessariò in potentia ponatur malitia; sola tamen potentia dicitur mala, actus autem, non potest esse, nec dici malus, nisi casualiter, quatenus malitiam causat in voluntate; at peccatum non tantum est casualiter malum, sed etiam formaliter, ergo &c. Hanc verò rationem adducit etiam Aduerter controversarum *Iner Scotias p. 1. c. 10. p. 34.* quam à me mutavit *disput. 5. Metaph. n. 231.* sicut & totam illius quaestioem doct. Arinam, ut ibi est videre me prolixè innominatò gratitudinis ergo.

38 **T**ertio alii communiter concedentes, ut in argumento principali assumitur, privationem debitae rectitudinis semper in actu, vel ejus omissione immediate fundari, & subiectum ut explicent, quomodo id etiam sit possibile in actibus intrinsecè malis, dicunt huiusmodi actus v. g. odium Dei posse dupliciter considerari, vel in specie, quatenus talis actus, vel in genere quatenus actus moralis, & humani; primo modo non sunt capaces rectitudinis, bene tamen secundo modo, atque ita illi quoque actus mali erunt, quia caret rectitudine sibi debita secundum genus, sicut Talpa dicitur cecus, quia debetur ei visus secundum genus, nempe quatenus animal, licet non quatenus tale animal; ita Scotus passim, & plures ex Thomistis modernis Azorius, Valentia, Lorca, Granados, Montañón, Lezana, Haquetus, & alii. Hunc etiam dicendi modum rejelto *disput. cit. Metaph. num. 323.* quia tunc odium Dei, quae tale, & secundum rationem specificam, & individuum malum non esset, quia ponitur esse rectitudine privatum secundum rationem genericam tantum, non verò specificam. Tum, quia si hoc sufficeret, ut etiam in specie, & individuo diceretur malum; tunc etiam ad alios indifferentes secundum speciem, & individuum dicerentur peccata, quia secundum rationem genericam, quae humani sunt, habent privationem in hoc sensu honestatis moralis. Tum quia omnibus actibus humanis, quae tales in genere, non magis esse potest una honestas debita, quam alia, & sic omnia peccata essent ejusdem rationis, ut arguit Suarez *cit. sect. 3.* Tum tandem quia in omnibus rebus proprie loquendo attenditur privatio per se subiectum in particulari, cui sit debita forma; quia dicitur privatum, unde non proprie dicitur assensu rationalitate privatus, quia ut animal, potest habere rationalitatem; quapropter dicebamus ibi privationem secundum genus nil dicere imperfectioem in eo, quod ita dicitur privatum ex *Scoto 1. dist. 28. quest. 2. ad 1.* imò hanc non proprie privationem dici posse; nam aliud est dicere Talpae deberi visum secundum genus, aliud verò illi non repugnare; primum est omnino falsum, nam eadem ratione assensu quod deberetur rationalitas; quod enim debetur gradui generico, debetur etiam omnibus inferioribus; solum igitur dici potest Talpae non repugnare visum secundum gradum genericum animalis, quod simpliciter non repugnantia planè non sufficit ad rationem privationis proprie dicitur, quae imperfectioem induit in re privata.

39 **R**espondeo Lezanae actui odii Dei debitam esse rectitudinem non tantum secundum genus commune actus humani, ut sic, sed etiam secundum genus particulare, & subalternum, ex hypotesi enim, quod talis actus velatur circa Deum, debet esse secundum quod regula rationis praeribit, ac per consequens non per malitiam odii debet in illud obiectum referre, sed per rectitudinem; quare idè debet solum secundum illam esse privatus ipsa; quia verò hoc privatio communicatur eidem actui secundum rationem etiam specificam, sicut generaliter loquendo ratio communis communicatur inferiori; idè hic actus secundum rationem etiam specificam dicitur privatus tali rectitudine, & honestate; quod explicat exemplo, nam homo cecus, vel surdus dicitur privatus visu, & auditu, quia licet secundum suam individualem rationem, & ut affecto aliquibus impedimentis ad videndum, & ad audiendum non sint ipsi debiti isti sensus, sunt tamen illi debiti secundum rationem communem hominis, quae ratio homini in particulari communicatur.

40 **S**ed Contra est, quod concessio etiam actui odii Dei secundum illam rationem genericam subalternam, qua transit super tale obiectum nempe Deum, debet rectitudinem charitatis, atque ita sub hac ratione generica esse tali rectitudinis privatum; saltem

tamen est hanc privationem communicari eidem actui secundum rationem etiam specificam, sicut generaliter loquendo ratio communis communicatur inferiori, in quantum enim hoc verum est, in quantum differentia, sed praedicatum, ex vi cuius ultima constituitur species, determinat genus ad id respectu cuius est indifferens, illudque perficit, non verò destruit, quod genus ex se supponit, neque impedit, quod idem genus existit cum igitur in proposito ratio specifica constitutiva odii Dei repugnantia habeat ad talem capacitatem, & debetur, quod dicitur ferre ejus ratio generica, impossibile prorsus est privationem in tali capacitate, vel debito fundatam communicari eidem actui secundum rationem etiam specificam. Ex quo etiam deducitur falsum esse, actui odii Dei rectitudinem charitatis esse debitam secundum praefatam rationem genericam subalternam, quia non potest praedicatum genericum exigere id, quod repugnat speciei quoniam differentia specifica contractiva repugnantia habere nequit; cum illo, quod exigit genus, tum quia cum ratio generica, quae est in actu amoris, & odii Dei, ut tendunt in Deum, in actu amoris contingatur cum rectitudine, & in actu odii cum carentia rectitudinis; ex hoc manifestè deducitur neutrum de se exigere, sed ad utrumque extremum falsum est homini cecus, vel surdus hos sensus esse ad rem; nam falsum est hominem cecum, & non respectu subiecti in particulari; nam hic idem homo, qui modo cecus est potuit cecitate carere, & visum habere, destrudat cecitate idem homo est subiectum visus, actus vero odii Dei in particulari nunquam potest esse subiectum rectitudinis, cum haec illi repugnet ex propriis praedicatis intrinsecè; neque philosophari potest de praedicato generico, quod est sub forma, vel de subiecto physico, ut affecto aliquibus impedimentis ad aliquam formam recipiendam; nam subiectum physicum habet formam entitatem distinctam realiter à forma impediente receptionem alterius, & potest ab ea separari, & cum alia conjungi, & idè illius privationem habere dicitur, etiam ut est sub tali forma impediente alterius receptionem, non quidem reduplicatè, sed specificatè; materia autem metaphysica realiter ab alia comparate separari nequit, nec aliquid potest ei convenire, quod foras metaphysice speciem componentem repugnet, quia differentia est perfectiva generis, non verò destructiva.

Respondent aliqui argumentum convincere solum rectitudinem charitatis non esse debitam odio Dei secundum rationem specificam physice, quia nulli generi debetur determinata differentia specifica, sed ad utrumque indifferens est; cum hoc tamen fiat, quod possit esse illi debita moraliter, & dependentè à lege; quamvis ergo odio Dei secundum rationem communem ad amorem, & odium, non sit debita rectitudo charitatis absolute, quia non semper tenetur voluntas elicere actum positivum amoris ergo Deum; est tamen debita ex suppositione, quod voluntas operetur circa tale obiectum, scilicet, circa Dei bonitatem; extra enim praecceptum, quo obligatur homo ad bene operandum circa Deum ex suppositione, quod velit operari circa tale obiectum.

41 **S**ed rursus contra est, quia verò potest esse obligata voluntas ad hanc positivam rectitudinem charitatis ponendam in seipso, vel in ipso actu odii, vel in alio actu, quem loco illius elicere potuisset; non primum, quia tunc malitia esset privatio rectitudinis debita inesse potentiae, & non actui; nec tertium, quia tunc malitia odii Dei non erit carentia rectitudinis tali actu debita, sed alii actu loco illius eliciendo; nec tandem secundum, quia voluntas nequit obligari ad impossibile, sed quod actus odii Dei habeat rectitudinem est impossibile, etiam si consideretur secundum rationem genericam, quando est à tali differentia contracta, quia materia metaphysica, qualis est ratio generica, non potest ab alia comparate separari, cum sit realiter identificata, etiam per potentiam Dei absolute; quod si ab ea separaretur, & cum alia differentia poneretur, non eundem actum constitueret ergo talis obligatio est omnino fictitia; atque idè carentia rectitudinis in odio Dei est negatio, & non privatio. Tum quia absolute loquendo etiam tale praecceptum ex suppositione est omnino chimericum, quia quando homo elicit actum odii Dei non peccat peccato omissionis contra praecceptum affirmativum, sed commissionis contra negativum, ergo non tenebatur hic, & nunc ad bene operandum, sed tantum ad non male operandum, at si extaret tale praecceptum affirmativum ex suppositione, tunc peccaret peccato omissionis; Quod adhuc amplius declaraturum vel tale praecceptum ex suppositione obligat generaliter ad bene operandum, & sic non esset actus odii Dei debita specialis honestas charitatis, vel obligat ad specialem charitatis honestatem, & hoc rursus dupliciter contingere potest, vel per praecceptum affirmativum, & sic interveniret ibi peccatum omissionis, quod non facit ad rem, cum hic sit questio de malitia commissionis, quod non per praecceptum negativum, & cum hoc non obligat à aliquo

opus, sed tantum ad non male operandum, jam non erit in odio Dei privatio alioquin rectitudinis positivae debita, ut dicitur in responsione.

42. Quarto alii, ut ostendat actus intrinsece malos non tantum esse rectitudinis capaces secundum rationem genericam, sed etiam specificam, dicant hujusmodi actus habere capacitatem rectitudinis, non ratione totius actus in concreto, sic enim nulla honestas sunt privati; sed tantum negati; sed ratione partium, quibus praedicti actus componuntur, habent enim rationem genericam, quae in homine operante rationabiliter circa tale obiectum petit uniti cum alia differentia, & differentia petit alio modo uniti cum ratione generica: & quoniam defectus partium tribuitur toti, licet praedicta privatio, & capacitates tantum videatur competere partibus singulis, tamen referuntur in totum actum, qui iure dicitur privatus debita honestate, scilicet, apto ordine, & compositione suarum partium. Itaque odium Dei, & sic quae tale in concreto, non sit capax ullius honestatis sibi debita, bene tamen si consideretur secundum sui partes, etenim secundum genericam, scilicet, ut actus humanus circa bonum Dei, petit conjugari non cum ratione fugae, quae est differentia odii, sed cum ratione perfectionis; eodem pacto etiam differentia odii, quae est fugae a bono Dei, petit uniti cum actu humano tanquam cum genere, circa malum, non circa bonum Dei; & sic in aliis actibus intrinsece malis semper adest carencia perfectionis debita quoad partem singillatim consideratas, & consequenter in actu adest privatio bonitatis sibi debita non tantum secundum rationem genericam, sed etiam specificam, ita Tannerus *disp. 2. q. 5. art. 2. Baldellus lib. 2. disp. 1. Morandus tract. 3. q. 2. & alii.*

43. At neque hoc fatiachi, quia cum quis odium Deum non peccat, quia non diligit, sed quia non conjugat rationem genericam actus circa Deum cum ratione perfectionis; cum hic, & nunc tenetur ex aliquo precepto habere actum amoris circa Deum, ut dicitur est, sed ex hac parte peccat quia elicit actum contrarium amoris, & ideo peccat dicitur peccato commissionis contra preceptum negativum; Ex alia etiam parte non peccat, quia non convertit odium illud erga obiectum odio dignum conjugando differentiam odii cum ratione generica circa malum, sed praecise peccat, quia Deum odio habet, ergo ex neutro capite bene explicatur privatio rectitudinis debita in odio Dei, & aliis actibus intrinsece malis. Deinde hoc totum aliud non est dicere, quam malitiam consistere in privatione alterius actus, quem debet habere voluntas, ex eo quod vult elicere actum fugae, vel circa Deum alioquem affectum habere, ut bene urget Oviedo, *loc. cit. nam si odium Dei in ratione fugae malum est, quia est privatum tendentia in obiectum odio dignum, tum hac tenentia actum alium ab illo distinctum constitueret, hoc est dicere totam malitiam consistere in privatione alterius actus, qui voluntati inesse deberet, atque ita non consistit in privatione formae huius actus debita, quia aliter actus huius inesse non potest, & tunc si actus odii Dei est malus, quia circa tale obiectum contrahitur per rationem fugae, cum debere esse perfectionis, plane cum hac perfectione alium actum constitueret ab illo distinctum, hoc est dicere malitiam odii Dei non consistere in privatione huius actus debita, sed quae debet inesse voluntati per alium actum distinctum perfectionis, & hoc est totum mysterium praefatae solutionis, quam praefati Auctores affectum, tanquam singularem pro praesenti difficultate.*

44. Quinto itaque propositae difficultatis occurrendum est, ut dixi *disp. 5. Metaph. n. 31. 3.* qui libet actum malum sive ex sola circumstantia, sive etiam ex obiecto, necdum secundum genus, sed etiam secundum speciem, & individuum esse immediatum subiectum privationis peccaminosa, quatenus consideratur sub differentia passiva ad elici, & non elici, continuari, vel non continuari, sic, vel non sic elici; Quod satis apte ibi declaratum est ex *Scoto quod. 18. art. 2.* sicut enim quia voluntas, ut est libe indifferenter activa ad eliciere actum, vel non eliciere, continuare, vel non continuare, sicut praecipit legis negativae, debet iure esse rectitudinis, ut ait Doctor *2. dist. 37. E.* & imputabilis active, ut loquitur *quod. 18. art. 1.* elicit actum, dicitur active peccare, vel peccatrix, & privata rectitudine conformitatis ad legem, ita pariiter actus ipsius voluntatis, quia ex se liber est passivae etiam in eo instandi, quo fit, ut voluntas active, ut stat libe indifferenter ad elici, vel non elici, continuari, & non continuari, contrahit morale debitum passivum, ut materia legis, ut eliciatur, vel non eliciatur, sic, vel sic eliciatur, secundum quod fuerit prohibens, vel praecipiens, adeo quod sicut indifferenter activa, & debitum activum ex parte voluntatis sufficit, ut ipsa dicatur peccare, vel peccatrix; ita & contra indifferenter passiva, & debitum passivum ex parte actus sufficit, ut ipse dicitur peccatum, & passivae capax rectitudinis, & conformitatis ad legem prohibentem, nam ut stat libe indifferenter, respicit alteram quoque contradictionis partem, scilicet non elici, non continuari, in qua fundatur rectitudo praecipitae, hac ratione habet capacitatem ad illam, si non physicam, & subjectivam, saltem moralem, & logi-

cam, quatenus de ipso actu, ut sic indifferenter, utrumque extremum cum veritate enunciat potest, & consequenter in hoc eodem sensu verum erit dicere, quod sit capax rectitudinis, vel malitiae, quae in illis extremis fundari possunt; Dices, in hoc sensu potentiam, & capacitatem rectitudinis non reperiri in actu odii, vel mendacii, sed potius in eius contradictione, nam in eius suspensione solum fundari potest, & subiciendi debita rectitudo. Respondeo, negationem actus posse fundare rectitudinem idem in re esse, quod fundari potest in actu, quatenus potest non elici, quod ex eo patet, quia morales conveniunt nunquam dicunt omissionem actus a lege praecipitae, v. g. carenciam furti, sed dicunt actum furti a lege prohiberi; unde pro eodem habent carenciam furti praecipitae, & furtum ipsum prohiberi; signum evidens, quod actus ipse, quatenus libe indifferenter manens respicit alteram contradictionis partem, potest fundare rectitudinem conformitatis ad legem, licet hoc non contingat in tanto rigore, sicut in subiecto physico. Neque illi mirum esse debet, quia carencia, in qua formaliter consistit malitia, est forma, vel privatio moralis; non physica, & propterea non indiget subiecto a parte rei sub utroque extremo distinctum existens, sicut indiget forma, vel privatio physica a morali contra distincta.

Ceterum hic dicendi modus quibusdam Scotistis non placet, quem proinde in manuscriptis sic impugnant, actus odii est malus non solum objective, sed subiective, & ut subiective malus, & ut actu elicitur puniatur, peccatum enim potentiale non potest puniri ergo malitia, & carencia rectitudinis debet ei inesse secundum potentiam subiectivam, & non tantum obiectivam, Tum 2. carencia rectitudinis, vel malitia est aliquid a parte rei suo modo; ergo similiter expolit subiectum a parte rei existens, & habens esse subiectivum; & non tantum obiectivum, alioquin pariter dicere possemus Petrum possibilem esse a parte rei caecum, surdum, claudum. Tum 3. quia peccatum omissionis suo modo subest malitiae secundum potentiam subiectivam; ergo multo magis peccatum commissionis, Tum 4. actus extrinsece, & ex sola circumstantia mali substant malitiae secundum potentiam subiectivam; ergo multo magis actus ex obiecto, & intrinsece mali, alioquin actus illi essent deteriores istis. Tum tandem, quia si potentia obiectiva ad habendam rectitudinem reperitur in actu odii Dei, ut sub indifferenter constituerat, cum hoc sit solum per extrinsecam denominationem ortam a potentia indifferente ad producendum, & non producendum illum; tunc potentia ad habendam rectitudinem esset in ipsa sola voluntate, non vero in actu, quia potentia obiectiva ex parte rei producibilis est mera denominatio extrinseca orta ex indifferenter potentia productiva.

Respondeo hac, & similia argumenta procedere ex non recta opinione nostrae intelligentis enim non dicimus actum odii a parte rei non subiectivae malitiam, & privationem debita rectitudinis; sed dicimus non esse capacitatem rectitudinis, nec illam fundare posse, nisi secundum potentiam obiectivam, quatenus ratione sua liberat, ac indifferenter passivae potest non elici, & debitum habere passivum ex lege, ut non eliciatur; aliud ergo est loqui de modo non fundandi rectitudinem, aliud vero loqui de modo fundandi carenciam rectitudinis; hanc plane actus mali fundant, ut existentes a parte rei, & secundum potentiam subiectivam; & non nisi illius oppositum affereret, ac loquendo de rectitudine, dicimus actum mali non esse illius capax, ut est determinatus ad alteram contradictionis partem, puta ad existendum, sed solum quatenus consideratur sub indifferenter ad posse elici, & non elici, existere, & non existere, & in hoc sensu dicitur potentiam eius, atque capacitatem ad fundandam rectitudinem non debere dici physicam, & subiectivam, sed potius logicam, & obiectivam, aut moralem; Et quia malitia est privatio moralis, & non physica, propterea dicebamus non indigere subiecto a parte rei, quod distinctum libe utroque extremo existere possit, ut eventus de privatione physica. Ad primum, itaque gratis concedo malitiam & carenciam rectitudinis inesse odio Dei, ut existit a parte rei, & secundum potentiam subiectivam, ut potentiam ad fundandam rectitudinem dicitur esse tantum obiectivam, quatenus sub indifferenter manens potest non elici, quia privatio moralis non eger subiecto, quod a parte rei sub utroque extremo distinctum existere possit; per quod pater ad carencia arguere. Ad ultimum dico, quod sicut indifferenter activa constituit voluntatem debetricem rectitudinis, ac proinde peccantem active, & peccatrice, quia tale debitum est in ipsa, ut in principio morali actus, ita & contra indifferenter passiva, & debitum passivum sufficit ad constituendum actum ipsum in ratione peccati, quia tale debitum, & obligatio suo modo reperitur quoque in actu, tanquam in materia legis, sive tanquam in principio passivo, circa quod, & in ordine ad quod principium activum manet obligatum, & esse debitum, & obligationem in actu hoc modo satis est ad hoc, ut actus odii singulariter dicatur privatus rectitudine, quam potest fundare secundum potentiam logicam, & obiectivam, consideratur sub indifferenter ad elici, & non elici.

Hunc meum solvendi modum ad positam difficultatem arripit quoque Auctor controverfationis inter Scotistas *contro. 18. 34.* sed quia nec ipse satis cum percepit male sibi concessit actum odii Dei non fundare, & subiectare malitiam secundum potentiam subiectivam, sed tantum obiectivam; sic enim dicendo succumbere cogitur argumentis modo adductis.

ARTICULUS SECUNDUS.

Secunda Difficultas, qualiter sit privatio forma debita.

Secunda Difficultas est; quia ad rationem malitiae non sufficit quaecunque privatio, quae possit inesse subiecto, requiritur privatio formae debita, & hac dicitur privatio non tantum physice, sed etiam moraliter, ideoque omisso actus, quem homo non tenebatur exercere, non est mala neque peccatum; At passim contingit hominem peccare quando non tenebatur exercere actum oppositum, ut dunt quae promittit in actu odii tempore, quo non stabat obligatio exercendi tunc actum amoris; fatrat, dum non urget praecipitum de dando elemosina; ergo tunc non adest privatio rectitudinis debita.

Primo respodenti solet inveniri tunc debitum saltem ex suppositione, id est, scilicet, quod homo in tali materia operetur, teneatur elicere actum virtutis, & non vitii, homo namque universaliter loquendo teneatur operari bene, casu quo operetur, sicut casu, quo oret, teneatur attentè orare; ita praesertim Granaeus *lib. 3. n. 25.* Hoc tamen communiter relictur, quia aliud est Deum non amare, & aliud Deum odio habere, siquidem aliud est praecipitum positivum de amando Deum; si ergo malitia non amandi Deum est privatio amoris, jam malitia odii debet includere alterius formae privationem. Tum quia potest esse casus, quod non possit quis elicere actum virtutis oppositae, possit tamen abstinere ab actu vitii, ut si Deus denegaret concursu ad actum iustitiae, vel veritatis, adhuc furas, & falsitas peccata forent, & tamen non adesset privatio iustitiae, & veritatis, quia forent impossibile. Tum quia saltem est dari praecipitum illud affirmativum ex suppositione, ut dicitur est *n. 41.* & praesertim saltem est hominem teneri universaliter bene operari, casu quo operetur, quia potest interdum exire in actu indifferenter; Neque urget exemplum adductum de illo, qui si vult orare, teneatur orate attentè, magna enim est inter casum nostrum & illum instantiam disparitas, nam in oratione ponitur aliqua res individualis certa, & determinata, quae potest fieri cum attentione, & sine illa; & ideo rectè dici potest, quod si quis orare velit, teneatur in oratione circumstantiam attentionis adhibere: at in casu nostro ponitur solum generica operandi quae exerceri potest in hoc, & in illo individuo, in hac, & in illa materia; quare si accipitur materia, in qua contingere valeant actus indifferentes, poterit fieri actus indifferens.

Secundo respondent aliter, actum debita, in cuius carencia consistit malitia, non esse amorem, elemosinam, vel veritatem, sed carenciam odii, vel furti, vel mendacii, quae est rectitudo praecipitae per praecipitum non fundandi, vel non odio habendi, per odium autem, & furtum asserunt carencia illius rectitudinis, quam habet qui non odit, nec furatur, & sic universaliter sentiunt de malitia peccatorum, quae sunt contra praecipitum negativum, cum illorum observantia sit negativae obiecti prohibiti quoque voluntas, cum imponitur tale praecipitum negativum, per omissionem actus prohibiti conformatur cum lege prohibente. Sed hoc etiam efficaciter refellunt Adversarii, quia carencia illius rectitudinis negativae nihil aliud erit, quam ipse actus positivus odii, vel furti, sicut carencia tenebrarum est lux, & carencia negativus entis est ens, & universaliter negatio est quid positivum; si ergo malitia moralis furti est carencia non fundandi, sequitur esse ipsum furtum, quod per suam essentialitatem positivam est immediata carencia non fundandi; ita Valg. *disp. 95. c. 6.* Neque sufficit, quod inquit Salas *tr. 12. disp. 12. n. 3.* posse dari carencia negationis, & privationem privationis, quia carencia est privatio, & qui habet vitium dicitur careere cecitate, ergo cecitatem potest esse carencia, & privatio. Hoc enim est contra omnem Philosophiam; privatio siquidem solum habet oppositionem cum forma, quae a privae, & per eius positionem immediate tollitur a subiecto, quoad carencia solum habet oppositionem cum potentia videndi, illiusque solum est privatio, & per eam immediate tollitur a subiecto, illa vero locutio, videns careere cecitate, vulgaris est & abutivare vera enim aliud non significat, quam videntes habere formam oppositam cecitati, nempe potentiam visivam, saepe enim in communi modoloquendi praedicatum positivum per negationem explicare solemus. Nec tandem sufficit aliorum responsio, quod licet in naturalibus non detur privatio privationis, potest tamen dari in moralibus; cum quis privatur fama alioque testimonio sui postea mentiendo seipsum illam restituit, negando verum

esse, quod dixit, in hoc enim casu privatio fame tollitur per negationem prioris testimonii. Hoc enim bene refutat Valquez *loc. cit.* quia quando tollitur privatio fama, manifestè tollitur per bonam famam, & restitutionem illius, medio conceptu, & verbo mentis ex verbis restituentis genito; quare privatio nuncquam tollitur, nisi per formam oppositam.

Tertio respondent alii malitiam furti, odii Dei, & aliorum peccatorum, quae sunt contra praecipitum negativum, nihil aliud esse, quam carenciam bonitatis, quae est in actu positivo, qui quidem actus positivus est volitio non fundandi, non odio habendi, cum longè aliud sit amare Deum, atque illum nolle odio habere, potest enim hoc posterius dari sine prioris; hoc autem asserunt ex eo praesertim capite, quia putant dari non posse primum omissionem bonam, unde dicunt, quod licet praecipitum negativum importare videatur nudam, & solum negationem, tamen praecipitum positivum voluntatem, ad quam sequitur talis negatio. Sed neque hoc satis facit, quia in casu, quo Deus denegaret concursum ad talem actum positivum, qui est directè causa talium negationis adhuc fundando, & odium habendo, peccare, quia adhuc in manu mea esset ab his actibus abstinere. Tum quia licet regulariter haberi nequeant negationes furti, odii, & abique actu, qui eorum causa existat, minime tamen opus est, quod semper interveniat illa positio fundandi, quae sit causa directè negationis furtivam potest quoque illa negatio furti sequi ad alium actum, qui sit eius causa tantum indirecè, & sic etiam actus indifferens ut cum per ludum evito occasionem detrahendi famam. Tum quia hinc sequitur per negativae praecipitae mandari quoque actum positivum, sicut fit per affirmativa, quod omnino odium videtur, quia lex prohibens furum, vel odium Dei non exigit a me aliquid aliud, quam carenciam odii, vel furti, sive immediate, & sic sola in voluntate contingat ommissio, sive mediante actu, ad quem sequatur directè, vel indirecè, parum refert; immediata namque rectitudo, quae de per se intenditur a lege negativa est negatio ipsa furti, & odii; actus vero qui eius causa existit potest dici solum mediata, ac vel mediata ad habendam rectitudinem negativam cadere, nisi ut mediata ad habendam fundamentum negativam immediatam, quae est proximum fundamentum conformitatis ad eam: vanum est ergo recurrere ad bonitatem actus, qui est causa directè, vel indirectè negationis furti, & odii, ut sciamus in cuius bonitatis carencia formaliter horum actuum malitia consistat. Tum tandem quia hoc aliud non est, quam asserere malitiam furti consistere in carencia bonitatis alterius actus, quem debet habere voluntas, unde sic dicendum, jam malitia furti non consistit in privatione huius actus debita, sed voluntati, ut statim infra urgebo *n. 51.*

Quarto igitur ad propositam difficultatem respondendum est, ut dixi *disp. cit. Metaph. n. 31. 4.* in his casibus, & universaliter in violatione praecipitae negativae rectitudinem debitam, in qua formaliter sita est bonitas, non esse actum oppositum; scilicet, amorem, veritatem, elemosinam, ut dicebat prima responsio, neque carenciam, odii, furti, mendacii, ut dicebat secunda, neque carenciam bonitatis, qui est in actu positivo, ad quem directè sequuntur illae negationes ut sunt, nolo furari, nolo mentiri, quorum primus habet rectitudinem iustitiae, & alter veritatis, ut asserbat tertia responsio; sed rectitudo formalis debita his actibus malis est conformitas ad praecipitum negativum, quae super negationes fundatur oppositas non fundandi, & non mentiendi, & habet rationem perfectionis cuiusdam moralis positivae, quam fundari immediate non inveniunt in alioquo physico negativo; cojus signum evidens est, quia positus his negationibus non fundandi, non occidendi, secluso quo ordine ad legem, nulla haberetur formalis bonitas, ergo formalis bonitas consistit in conformitate ad legem prohibentem in praefatis negationibus fundata, & consequenter malitia actus contra tale legem consistit in privatione praedictae conformitatis; quae etiam est diverso rectitudo debita in violatione praecipitae affirmativae, v. g. audire missam, non est ipse audire missam, nisi materialiter; sed conformitas ad legem praecipitum nata super hunc actum fundari, alioquin audire missam seculo ordine ad legem esset formaliter bonitas, quod est dixi *loc. cit.* quod carencia illius negationis non fundandi, non obediendi quod possit esse, ipsissima, scilicet entitas furti, & odii, hinc tamen non sequitur malitiam pro formali horum actuum consistere in positivo, quia sicut illae negationes non sunt bonitates, & rectitudines formales ad legem, sed tantum materiales; ita actus illis negationibus immediate oppositi sunt tantum materiales malitiae morales, & sic respectus conformitatis ad legem fundati in illis negationibus habent rationem bonitatis positivae, ita privationes illorum in actibus oppositis habent rationem malitiae positivae in genere moris. Haec doctrina vera est, sive possit dari forma ommissio bona abique omni actu, sive non, quovis enim dari non possit, sed semper cum actu contingeret, qui sit ius causa directè, vel indirecè, tamen negatio furti, & odii est, quae per se, & immediate intenditur a lege negativa; actus vero qui illius causa existit

intenditur a lege solum mediate, ac veluti per accidens, nimirum ut medium ad habendum proximum fundamentum conformitatis ad eam, quod est negatio furti, & odii.

Per hanc eandem doctrinam facile expeditur alia difficultas quae urgeti solet, quod scilicet, in actu v.g. furti, vel homicidii nulla videtur posse assignari privatio rectitudinis iustitiae debite huius actibus, cum privata persona non teneatur ex iustitia conservare indemniam bona, vel vitam alterius; unde quando quis occidit, vel furatur, assignari nequit, quemnam virtutis actum oppositum exercere teneatur, cuius privatio sit in furto, vel homicidio, cum non inveniantur alius positus actus tunc debitus, sed tantum quod debebat homo non occidere, non fornicari, sed tantum est malitiam horum actuum non consistere in privatione alicuius actus positivi iustitiae tunc debiti, ut ratio allata convincit, sed in privatione conformitatis ad legem negativam, quae in praefatis negationibus furti, & homicidii fundatur; quae conformitas cum sit quaedam perfectio positiva moralis, inferri nequit quod privatio talis conformitatis in actu furti reperta sit negatio negationis, & consequenter quid positivum. Hoc inquam, modo facillime expeditur, quam dicens cum Averfa, Lezana, & aliis, quod licet absolute loquendo privata persona non teneatur ex iustitia conservare indemniam vitam, & bona alterius; nihilominus ex hypotesi, quod exerceat aliquem actum morale circa illa, talis actus debet habere rectitudinem, & honestatem multipliciter virtutis iustitiae solum proximi, quae reperitur in voluntate non furandi, non occidendi, sed servandi indemnem vitam, & fortunam proximi atque ideò malitiam furti, & homicidii importate privationem honestatis, quae in tali voluntate reperitur. Hoc inquam, non satisfacit, quoniam in hac doctrina locum habere poterit in actibus internis, tamen in actibus externis non aliter assignari poterit privatio rectitudinis opposita, quam assignando negationem conformitatis ad legem prohibentem, quae fundatur in negationibus physice furti, & homicidii; imò neque satisfact quoad actus internos, quia dicere malitiam furti, & homicidii consistere in carentia bonitatis, quae esset in voluntate non furandi, non occidendi; aliud non est, quam asserere malitiam furti, & odii consistere in privatione alterius actus, quem debebat habere voluntas ex suppositione, quod tendat circa vitam, & bona proximi, verum sic dicendo, iam malitia furti, & homicidii non consistit in privatione formae huius actui debite, sed voluntati, quia alter actus huius actui inesse non potest, ut supra argutum est simili n. 43. Alia quaedam instantia fieri solet contra nostram solutionem ad argumentum principalem, quibus satisfactum est disp. cit. Metaph. n. 315.

ARTICULUS TERTIUS.

Tertia difficultas, de vitiis extremis eadem virtutis oppositis.

Tertia Difficultas est; quia si malum morale in privatione consistit, non possent recte distingui vitia opposita eidem virtuti, quia privarent eadem rectitudine nempe eundem virtutis, & sic prodigalitas, & avaritia haberent eandem speciem, malitiam, quia earent eadem rectitudine liberalitatis; & idem esset de temeritate, & timiditate fortitudinis oppositis; consequentia patet, quia non distinguuntur privationes, nisi ex distinctione formarum, quas tollunt. Conf. quia eadem ratione omnia peccata eidem virtuti opposita v.g. homicidium, furum, detractionem, & adulterium, quae opponuntur iustitiae, forent peccata eisdem speciei, ac etiam aequalia, quia privarent una, & eandem rectitudine, seu honestate virtutis, scilicet iustitiae; ita urget Valq. disp. 95. cit. 67. & 8. Haec difficultas quoad secundam partem facillime est solutio, quoniam enim furum, homicidium, & detractionem, & adulterium sunt privationes iustitiae generice acceptae, non tamen specificae; siquidem alia est species iustitiae, quae laeditur per furum, alia quae laeditur per homicidium. Sec. secundum diversas rationes bonorum corporis vitae, & honoris & cum hac bona non sint aequalia, sed inaequalia, ideò neque peccata illa erunt aequalia; magis tamen urget quoad primam partem de vitiis extremis eadem virtuti oppositis, ad quam proinde variegat solutiones; Interim tamen advertendum est Adversarios quoque teneri ad solutionem argumenti, quatenus ipsi quoque tenent peccatum consistens in privatione magis, vel minus principaliter, & omnes tenent privationes actuum, quos tenentur habere malas esse. Neque etiam vim argumenti effugiant Valquez, & alii ponentes peccatum consistere in positivo, quod est distantia ad naturam rationalem, & dicentes ad illud non sequi aliquam privationem, sed solam negationem. Non, inquam, illud evitant, nam ipsa quoque negatio specificatur a forma negata, igitur fit liberalitas, & virtus negata ab utroque vitiis opposito est una, & eadem, etiam negatio erit una, & eadem, & consequenter neque positivum, ad quod sequitur illa duplex negatio, potest esse species multiplex.

Primo respondent aliqui, quibus subscribit noster Vulpes, peccata eidem virtuti opposita non distingui specie formalis ex parte malitiae, & privationis, sed solum ratione connotati, id est, ex obiecto materiali actus; Hoc tamen refellimus disp. cit. Metaph. n. 316. ex Scoto 2. dist. 37. ubi docet distinctionem peccatorum specificam desumendam esse a specifica distinctione formarum, & habituum, non autem ex connotatis; alioquin non amplius connotata forent, sed de principali significatio, & in recto de conceptu rei. Tum quia privatio directè specificatur a forma; ergo si forma, quae privatur auctore actus virtutis, est eisdem rationis, etiam privatio erit eisdem rationis, atque ita prodigalitas, & avaritia specie non distinguuntur, tum tandem quia furditas, & cecitas est eisdem rationis in omnibus caecis, & surdis, & eadem est species caecitatis, vel surditatis, si ve per excessum humorum, si ve defectu temperamenti ab organo requisiti, virtus auditiva, vel visiva fit laesa; privationes namque universaliter loquendo distinguuntur ratione formarum, quas tollunt, non ratione subiectorum, quibus insunt.

Secundo respondent alii, quibus annuit noster Fabr, vitia opposita, prodigalitas nempe, & avaritia, distingui specie per privationem virtutis liberalitatis sit una virtus formaliter, tamen virtualiter, ac eminenter est multiplex, ratione cuius virtualis multipliciter sit vitia opposita sint plura, & distincta. Quae etiam responsio loc. cit. rejecta fuit & rursus modo refellitur, quia haec virtualis multipliciter virtutis liberalitatis non excludit identitatem, & unitatem formalem; igitur si vitia contraria dicuntur privationem eisdem formalitatis, cum dicuntur privationem virtualitatis, & eminentiae, quae in illa unica formalitate eisdem virtutis reperitur, atque ita hoc capite non erunt diversae rationis, sed eisdem. Videt alias impugnationes utriusque modi dicendi horum Scortitarum disp. cit. Metaph. quas ex integro transcripsit Auctor controversiarum inter Scotos cap. 33.

Tertio respondent alii, malitiam prodigalitates, & avaritiae esse diversae speciei, quia virtus liberalitatis consistit in medio negans utrumque extrinsecum; alterum per excessum, ut prodigalitas; & alterum per defectum, ut avaritia; quapropter necessario includit duo praecipua, & rationis dictamina, per quorum unum prohibetur excessus, & per aliud defectus; cum liberalitas sit, quae expendit, quando, & quantum est necessarium, hoc est, qui sumptus facit neque eximios, & excessivos, neque viles, & iusto minoris; quae igitur liberalitas includat formaliter duas rectitudines, vel duo praecipua diversa, consequenter conformitates ad illa erunt diversae, & quia praedicta vitia opposita sunt privationes istarum rectitudinum diversarum, proinde sunt peccata specie diversa. Auctor modo citatus ibidem inquit quod cum haec responsio sit eadem cum praecedenti, refellenda est ut illa, illa enim duo conformitates non diversificant actum liberalitatis ponentes illum in duabus speciebus moralitatis; ergo neque actus oppositi dictis conformitatibus erunt in duabus speciebus moralitatis, cum ille ponat quicquid illi tollunt. Praeterea avaritia, negando necessaria opponitur debite retentioni, & moderatae largitioni; prodigalitas similiter subministrando superflua opponitur debite, & moderatae retentioni, & debite largitioni, licet prima per defectum, secunda per excessum ex Arist. 2. Ethic. de vitiis extremis, ergo idem negat avaritia, & prodigalitas, & ita erunt eisdem speciei, & sic actus conformis, & rectus est in unica specie propter unitatem virtutis, ita actus recedentes; tantum enim de virtute ponit actus virtuosus quantum tollit actus vitiosus.

Hanc etiam responsionem ego quoque disp. cit. Met. n. 317. & 56 ob eandem rationem non plene satisfactorem dixi, etiam si eam, probabilem alias dixerim disp. 4. Ph. q. 2. nu. 19. at verò nunc exercitii causal plane eisdem probabiliter restituerem defendendam contra praedictum Auctorem, qui eam profus videtur iudicare improbabilem; si enim rectè intelligatur, & explicetur, satis probabilis apparebit, quae quidem in primis saltem est hanc tertiam responsionem esse eandem cum secunda, ut Auctor ille dicebat plene illa secunda ponebat in virtute in medio consistente plures rectitudines duntaxat virtualiter, haec verò tertia ponit duas formaliter, inaequatas tamen, & partiales, unam adaequatam, & totalem eisdem virtutis in medio consistentis constituentes, licet enim liberalitas, & alia quaecumque similis virtus habeat rectitudinem in indivisibili consistentem, non tamen indivisibilem; sicut etiam de aliarum rerum essentis dicere solemus; essentia enim hominis indivisibilis non est, & simplex, sed composita, & divisibilis in partes physicas, & metaphysicas, & adhuc in indivisibilibus consistere dicitur quia quatenus totum metaphysicum, ita dicitur animal, & rationale, ut si unam istarum partium demas, vel aliud praedicatur essentiale superaddas, necessario hominis essentia varietur, qua ratione dicebat Arist. 8. Met. rerum essentia esse, sicut numerus, si enim numero denario unam demas unitatem, vel addas, statim variatur numerus speciei. Ex hac doctrina colligitur posse dari distinctas privationes eisdem virtutis liberalitatis, quantumvis in indivisibili consistat, ut hic

ut hic notavit Ovidius, privatio enim cuiuscumque partis est privatio totius compositi categoricè sumpti, sicut in exemplo allato privatio huius praedicati animal vel istius rationalis est privatio totius complexi animal rationali, & nihilominus privationes illae in se distinguuntur, quia sunt privationes diversarum partium eiusdem totius. Ita igitur contingere potest in honestate liberalitatis, quae dicitur duas rectitudines pariter inter se in genere moris distinctas; una est, in largitione bonorum ad tantam quantitatem pervenire, quam ratio praescribit; altera non excedere vicioris; igitur esse possunt duae privationes inaequatae unius bonitatis adaequatae; dari nempe diversae privationes diversarum partium integræ honestatis liberalitatis, quae tollitur per quamlibet earum totorum sumptam, quia una sola parte deficientur deficit totum.

Ex qua doctrina occurrunt instantibus ab eo Auctore factis contra hanc tertiam responsionem, quas ex mea disp. cit. desumptis; Cùm enim in prima dicebat rectitudinem liberalitatis esse unam, & consistere ad eundem liberalitatis in una tantum specie, non in duabus, & consequenter neque actus illi oppositi erunt in duabus speciebus, sed in una; concedo rectitudinem liberalitatis esse unam, non tamen simplicem, sed compositam ex duabus partialibus, & inaequatas; & sic pariter actus liberalitatis erit in una duntaxat specie adaequata, sed in pluribus inaequatas, quia adaequata ratio liberalitatis consistit in duplici rectitudine; & quantumvis repugnet eandem actum esse in duplici specie adaequata, potest tamen esse in duplici inaequata; quoniam quamvis idem actus non possit habere plures fines adaequatos in infinitis, nec tendere in plura obiecta adaequata, potest tamen respicere plures fines inaequatos specie diversos, & simul plura obiecta inaequata specie inter se distincta, quo casu actus ille est in una tantum specie adaequata, sed in pluribus inaequatis, ut dictum est disp. praed. num. 244. atque ita actus prodigalitates, & avaritiae oppositi liberalitatis erunt in diversis speciebus malitiae, quatenus unusquisque per excessum, vel defectum opponitur partiali rectitudini liberalitatis. Ad alteram instantiam, quod fuit argumentum Valquez, eleganter occurrit Ovidius, contrav. 5. num. 23. negando avaritiam, & prodigalitates opponi singulas per se sumptas utriusque parti virtutis; ad probationem inquit, liberalitatem non componi, tanquam ex duabus partibus ex largitione moderata, & retentione moderata; sed ex largitione tantae copia, & retentione reliquae; Ratio est, quia largitio moderata, seu largitio, ut oportet, importat retentionem significatam per illam particulam, ut oportet, & similiter retentio moderata, sed ut oportet, importat largitionem significatam per eandem particulam; ad hoc enim, ut largitio sit, ut oportet, debet esse cum retentione quantitatis excedens illud, quod hic, & nunc dandum esse praescribit liberalitatis; & similiter, ut retentio sit, ut oportet, debet esse cum largitione illius, quod liberalitatis dari praescribit; Ex quo bene innotet Ovidius avaritiam non opponi cum retentione tantae pecuniae, sed cum illo, quod additur ex vi illius particulae ut oportet, quod est opponi cum largitione, similiter prodigalitates non opponi cum largitione secundum se, sed cum largitione ut oportet, quod est opponi cum retentione, quod quidem valde notandum est ad evitandam amphibologiam, & ambiguitatem illius complexi, quod est moderata largitio, & moderata retentio.

Sed adhuc in huiusmodi libertas est una virtus adaequata, & unius speciei adaequata; sed prodigalitas, & avaritia sunt privatio eisdem virtutis; ergo utraque malitia, & privatio erit eisdem speciei. Respondet, prodigalitas, & avaritiam esse utique privationes eisdem virtutis liberalitatis, non tamen adaequatae destruendo duplicem rectitudinem, ex qua componitur, sed inaequatae, nam avaritia conformatur regulae rationis prohibentis superfluos sumptus, & non conformatur regulae praecipientis necessarios, & honestos; prodigalitas verò est contra conformatur cum regula praecipiente necessarios, & honestos, non verò cum regula prohibente superfluos; unde licet haec due rectitudines sint in actu liberalitatis necessario coniunctae, tamen separari possunt in actibus oppositorum virtutum modo iam declarato.

Dices singula haec vitia per se sumpta tollunt totam liberalitatem, quia nec avarus, nec prodigos dici potest liberalis. Respondet, quod singula tollunt totam liberalitatem categoricè sumptam, quia ad destructionem totius sufficit destructio unius partis tantum; non tamen finitè categoricè, quasi singula destruant ambas partes illius virtutis in medio consistentis; & quia directè, & principaliter destrunt alteram tantum illarum partialium rectitudinum, integram verò, & adaequatam non nisi concomitantè; ideò privationes malitiam talium virtutum constituentes specificari debent pernes partiales rectitudinem, quam directè tollant, non pernes totalem, & integram, quam tollunt concomitantè; sicut patet de peccatis mortalibus, quae adhuc suam habent specificam distinctionem iuxta honestatem virtutis, quam directè, & immediate

tollunt, etiam si ad omnia illa aequaliter sequatur privatio gratiae, quia nimirum haec tollitur tantum concomitantè; ergo pariter quamvis ad privationem partialis redditudinis actualis in avaritia, & prodigalitate sequatur privatio integræ rectitudinis liberalitatis, adhuc talia vitia opposita specificam inter se servant distinctionem.

Quarto respondent alii, talia vitia opposita non distingui specie in genere moris, sed eisdem esse rationis, quando quidem sunt privatio eisdem virtutis; neque obstat, quod unum vitium excludat aliud, nam contrarietas potest esse inter aliqua, etiam in genere moris sint eisdem rationis, dummodo in genere physico sint alterius rationis; sicut patet in habitu incontinentiae, sub quo continentur habitus inclinantes ad immoderate edendum amara, & immoderate comedendum dulcia, qui quidem uterque habitus physice inter se opponuntur, & unus alteri contrariatur, licet in genere moris sint eisdem rationis. Hanc responsionem nedum approbavi disp. cit. Metaph. num. 318. sed etiam praetuli solutioni tertiam jam datam; sed quia hic tertiam quoque tuendam suscepit, ut valde probabiliter contra auctorem controuerteriam inter Scotos; hanc quartam, quam necum amplexus est loc. cit. in dubium revoco, ob aliquas, quas patitur, difficultates non sperandas; Primo quia Aristot. & alii Philosophi docent vitia extrema eidem virtuti opposita specie inter se distingui, non tantum in genere physico, sed etiam in genere moris, siquidem de ipsis eodem profus modo loquuntur, ac de reliquis vitiis specie distinctis. Deinde, quia magis inter se distinguuntur avaritia, & prodigalitas, quam habitus immoderate comedendi dulcia, & habitus immoderate comedendi amara; sed isti habitus distinguuntur in genere moris solo numero; ergo illi distinguuntur specie. Tandem si haec vitia non essent specificè distincta in genere moris, sequeretur quod in confessione non teneretur quae Confessario aperire se esse prodigum, aut avarum; sed satis esset dicere, se non fuisse liberalem in materia gravi, vel levi, quod tamen est contra communem sensum, & praxim omnium fidelium; ergo prodigalitas, & avaritia non debent vitia specie distincta in genere moris; prima lequela probatur, quia ex Conc. Trium non obligamur ad aperendas in confessione, nisi circumstantias speciem mutantes.

Respondet Auctor ille, negando non esse aperienda peccata in confessione, non ob maiorem, vel minorem malitiam essentialem, cum sint eisdem speciei; sed quia debet penitentes in confessione abstinere ab omni mendacio, cum confessio debeat esse sincera, & vera. Sed Contra, quia avarus dicendo se non fuisse liberalem in materia gravi, vel levi, plane nullum diceret mendacium, & sufficienter patefaceret offensam, & qualitatem offensae, quia explicat, & manifestat, quam virtutum laeserit, & in qua materia, nempe gravi, vel levi, in quo ergo mentitur? Respondet teneri dicere qualitatem offensae, & pro materiali, & pro materiali, & quia constituitur peccatum in concreto, & non in abstracto tantum; & quia peccatum avaritiae, & prodigalitates moraliter sumpta, & formaliter licet specie non differant, materialiter tamen differunt, ideò exprimi debent. Contra, quia ut ipse contra se replicat, actus prodigalitates, & avaritiae secundum proprias entitates considerati sunt boni, nec sunt malitiosi materialiter; ergo cum in confessione non teneamur confiteri nisi malum culpae, non est necesse aperire materiale, quod in se bonum est, vel saltem indifferens. Respondet rursus, quod licet illae entitates sic sumptae sint bonae, & indifferentes ad subiectandum, vel malitiam, vel bonitatem; quia tamen cum illa deformitate, quam subieciunt, integram saltem pro materiali peccatum diversae speciei, ideo in confessione oportet hoc, vel illud aperire. Contra, quia sit respondendo relabatur in opinionem Vulpes, quam supra constatar, qui dicebat peccatum commissum non esse solum privationem rectitudinis in abstracto, sed esse quid concretum constans ex positivo, & privativo, tanquam ex materiali, & formali, ideoque peccatum prodigalitates, & avaritiae esse in concreto duo peccata specie distincta ratione materialis; hoc idem quoque asserit respondens in alatis solutionibus, dum inquit nos confiteri peccatum in concreto, non in abstracto; & quod illi actus, licet secundum proprias entitates sint boni, tamen cum illa deformitate, quam subieciunt, integram saltem pro materiali peccatum diversae speciei haec autem est ipsissima Vulpes doctrina, ut patet, quam rejecerat. Tum quia contra Vulpium ipse arguebat, quod cum in praesenti sit sermo de peccato in ratione malitiae, & turpitudinis, & in hoc sensu solum importet privationem rectitudinis debite, & vales absolute dicere, si non distinguuntur specie ratione formae, & rectitudinis debite; ergo non distinguuntur specie in ratione peccati, cum materiale in peccato non sit peccatum; sed totum hoc argumentum urget etiam in proposito, quod si entitates actuum illa peccata diversificant solum pro materiali, & in se esse naturae; cum materiale in peccato non sit peccatum, iam tota haec diversitas specificam in esse naturae proliis esse impertinentes ad hoc, ut actus illi debeat

beant in confessione specificari, tanquam diversa peccata. Tunc tamen quia etiam plures peccata consentiunt in abstracto, ut dicitur de peccatis commissis...

61 Postremo ad hanc tertiam difficultatem aliam quoque assertio solutionem Baldellus lib. 2. disp. 11. n. 16. & ut explicet, quomodo privatio reititudinis debet fieri diversa in peccatis per excessum, & defectum contra eandem virtutem...

ARTICULUS QVARTVS.

Quarta difficultas, de peccatis omissionis, & commissionis eidem virtuti oppositis.

62 Varta difficultas est, quia ex nostra sententia sequi videtur peccatum omissionis, & omissionis contra eandem virtutem specie non distingui, & ita odium Dei, & omisso amoris ipsius, quae sunt contra charitatem...

Primo responderi solet, negando consequentiam, ad probationem dicitur, valde diversa esse privationes peccati omissionis, & commissionis, primo quia privatio, quae est in omissione, est privatio actus, qui debet esse in potentia...

Neque ex secundo capite, nam ex hac ipsa doctrina nunc tradita jam patet falsum esse privationem, quae est in omissione, immediate subiectari in potentia, imo si est in omissione, iam non est immediate in potentia, sed mediante ipsa omissione...

Secundo respondent alii, peccata omissionis, & commissionis, quando sunt contra eandem virtutem, esse ejusdem speciei in esse moris, licet in esse naturae pluraquam specie differant...

est difficultas, an in confessione aperendum sit peccatum fuisse commissum; si enim haec peccata non differunt specie quando sunt contra eandem virtutem, opus non erit id explicare, cum non teneamur in confessione aperire, nisi circumstantias speciem mutantem...

Tertio responderi potest, si teneamus, quod non, & eadem virtus possit fundare praecipua specie diversa, unam affirmativam, aliam negativam, ut tenet Valquez disp. 98. n. 3. quae proxime non referatur ad conservandum eandem virtutis reititudinem...

QUESTIO TERTIA.

An de ratione peccati sit esse contra legem, vel a lege prohibitorum.

65 In praecedentibus dictum est peccatum esse privationem reititudinis debita inesse actui, nunc restat explicare, unde oriatur hoc debitum, & an sit necessarium ab aliqua lege obligante naturam rationalem ad sic, vel sic agendum, vel omittendum...

66 Sensus ergo quaestio est, an de ratione peccati, & mali moralis sit esse contra legem proprie dictam, & ita omne peccatum ideò sit tale, quia contra legem, & a lege prohibitorum...

rior, & communior inter Scotistas, & Thomistas; ita Vulpes disp. 17. n. 13. Averla quaest. 18. sect. 23. Salas tract. 13. disp. 2. sect. 4. Hacquet tract. de peccatis contra 18. & alii Recentiores passim afferentes malitiam peccati actualis consistere in contrarietate ad legem.

ARTICULUS PRIMUS.

Deciditur Quaestio.

Decendum Primum, de ratione peccati, & mali moralis est esse contra legem aliquam ex enumeratis, ita omne peccatum sive philosophice, sive theologice consideratum tale sit formaliter, quia prohibitorum, ita ut si per possibile, vel impossibile qualibet lex ex dictis tolleretur...

Primo probatur ex Sacra Scriptura Roman. 3. per legem cognitio peccati: & cap. 7. ubi non est lex, neque praeparatio, & cap. 7. peccatum non cognovi, nisi per legem, quia loca haec cum Anselmo interpretari possunt de lege scripta, neque Moyses, quatenus illa sublata, multa non essent peccata, vel quia non alias prohibita, & natura rationali difformis, vel quia contra prohibitorum, aut deformitas erratignota: tamen cum Paulus generaliter loquatur, melius explicatur, ut docet, nulla existente lege nullum futurum peccatum, prout ex aliis locis colligitur, ut ad 1. Corinth. 7. vitium peccati lex, & 1. Io. 3. peccatum est iniquitas, ubi graeca habet, declinata a lege, & quidem in his, & similibus locis sermo est de peccato in communem, & non tantum contra legem scriptam, & sicut loquendo de peccato contra legem scriptam, ideò dicitur tale, quia per illam prohibitorum, ita similiter deduci potest, quod nullam existente lege in universum accepta per possibile, vel impossibile, seu nullo modo cognita, nullum universaliter esse peccatum. Deinde probatur ex Patribus, quorum alii dicunt peccatum esse contra legem Dei, esse illius violationem, inobedientiam legis, quomodo sepius loquitur Augustinus ad ceteros taceam, lib. 22. contra Faustum, cum ait peccatum esse dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei aeternam, & deinde explicans, quid sit lex aeterna, inquit, lex, vera aeterna est ratio divina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conservari iubens, per servari utans, ex quo patet falsum omnino esse, quod inquit Aluarez disp. 1. 30. n. 4. legem aeternam non esse legem obligantem, sed tantum indicantem, & judicantem, iudicantem nempe Dei, quo cognoscitur tale obiectum esse malum, quod quidem nullum dicit actum voluntatis volentis obligare siquidem Augustinus conceptis verbis docet legem aeternam inducere obligationem ad fugendum, & amplectendum obiecta ab illa praescripta, & in hoc totum vim legis aeternae consistere. Clarior adhuc est auctoritas lib. 2. de peccatorum meritis, & remissione cap. 16. ubi ait neque peccatum erit, si quid erit, si non divinitus iubeatur, ut non sit, quibus expressè docet actum peccati praesens esse peccatum, quia divina lege prohibitorum, adeo ut nullum extaret praecipuum, nullum esset peccatum. Et lib. de duabus animabus contra Manichaeos, inquit peccatum est voluntas revertendi, vel consequendi, quod iustitia vetat.

Respondet Amicus cum Valquez, praedictas omnes auctoritates intelligi de facto, nam de facto nullum est peccatum, quod non sit lege divina prohibitorum, & ita hoc factus esse ait ad Scripturam, & Patres, qui de peccato loquuntur, prout de facto est, & secundum omnes circumstantias, quas includit, inter quas potissima est prohibitio Dei ratione, cuius omne peccatum de facto includit generaliter inobedientiam contra Deum; Secundo ait intelligi posse de lege naturali, & aeterna non inducente per se novam obligationem, sed offendente tantum malitiam obiecti, & naturae debitum hominis illud vitandi, unde rectè sequitur a posteriori, sub tali lege naturali, vel dictamine rationis obiecti malitiam offendente, tolli peccatum, non quidem per se respectu nostri, qui peccati malitiam a posteriori non